Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26558
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tarius. Labia illius sicut lilia distillantia
mirram primam. Manus illius tornatiles auree
plene iacinctis. Venter eius eburneus
distinctus saphiris. Crura illius columpne
auree que fundate sunt super bases aureas. Spe
cies eius ut libani electus ut cedri. Guttur
eius suauissimum et totus desiderabilis. Ta
lis est dilectus meus et ipse est amicus meus filie
ierusalem. Respondet ecclesia gentium ad inqui
sitionem adolescentularum ostendens qualita
tem dilecti sui iuxta peticionem illarum. Qua
si dicat. Vos o filie ierusalem queritis a me
qualis sit dilectus meus et merito desideratis
eum cognoscere et in amplexum eius venire
nam ipse totus est desiderabilis. Et uere to
tus est desiderabilis nam et in humanitate
et in diuinitate eius et in omnibus membris
eius .i. in omnibus fidelibus suis diuersorum